

domum pascalis camberlingi. Et loco ipsius permutationis personaliter recepimus a te predicto franco Medietatem tuam pro indiviso unius domus et unius furni constructi intus in eadem domo cuius domus et furni reliqua medietas similiter pro indiviso est dicte Maioris ecclesie Sante Marie de Barolo que domus et furnus sunt in pictagio santi sepulcri civitatis baroli a medio pariete a duabus partibus iuxta domum domini petri de anguria militis iuxta casile heredum qd. Iudicis Gaudii et iuxta viam publicam. Dicte ecclesie utilem et etiam fructuosam. Quatinus a presenti tu et tui heredes dictam domum habeatis teneatis et possideatis et dominemini cum Introytibus et exitibus etc. Guadiam quoque tibi dedimus pro parte dicti archipresbiteri et eiusdem ecclesie etc. Quod scripsi ego predictus Gualterius puplicus Baroli notarius qui predictis rogatus Interfui et meo signo consueto signavi. (*Segue il segno*).

† Matheus q. s. Iudex. (*Segue il segno*).

† Iohannes de cantore puplicus Baroli notarius.

† Petrus de bisancio testatur.

† Nicolaus puplicus Baroli notarius testatur.

N. 69.

A. D. 1292

(20 settembre, Indiz. V).

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatario</i>	<i>Bernardus apost. sedis notarius.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio quadrato 0,38. Corrosa nel capo e nel l. d.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	<i>Sarracenus</i> , arcidiacono capuano, eletto arbitro nella controversia di giurisdizione tra il Vescovo di Monteverde ed il priore della chiesa di <i>S. Leonardus de Carbonara</i> , decide che la Chiesa di S. Leonardo è di giurisdizione del Vescovo di Monteverde.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

In nomine domini. Amen. Nos Sarracenus. Archidiaco-nus Capuanus et canonicus Melfiensis, arbiter arbitra et domino G[auberto] dei gratia Episcopo Montis viridis,